

compensationem filialis quæ ei fuit attributa: maxime cum Reus vbiique in actis alleget, talem partem relicta vidua debitam fuisse: quæ allegata per Actores non impugnantur: Et sic nullam deceptionem videt.

Concludit, Actionem eliam: Licet stricto iure forte, si vxor Rei adhuc in viuis existeret, Tractatio recens, & res adhuc integra esset, nec tantum temporis spacium effluxum esset, aliter sentiret: iuxta l. 3. C. commun. diuid. Pronunciandū, bene iudicatum, male appellatū. Expensas vult compensare: quia causa dubia, & Actores pauperes.

Salvo.

Aliud in eadem causa.

D. Correferens formalia, & reliqua, ut Referens. Procuratoria quod concernit, vna tantum ex filiabus Actoris D. K. constituit. Ceterum Actorum nostrum excludi ab agendo, videri potest, eo ipso, quod cum Rei vxore super bonis, quorum diuisionem iam petit, transagit: contra proprium autem factum nemo audiri debet, l. cum profiteari. C. de revocand. donat. Et quem 32 de euictione † tenet Actio, eundem agentem repellit exceptio l. vindicantem de euict. l. exceptione. 33 C. eod. Verum considerandum est, Actorum † non ex sua persona, sed pro vxore & filiabus hanc litē instituisse, eoque casu reputatur alia persona, & ad agendum non admittitur: *Alexand. cons. 109. nu. 4. vol. 4. lmo* cum domus, quæ potior pars hereditatis est, ex statuto ad vxorem Actoris, conditione receptiorum bonorum pertinuerit, nulliter eam, tanquam rem prouersum alienam per Transactionem, in rei vxorem transtulit. Et genera- 34 liter † contra actum quis à se gestum venire censemur, si non valet actus. l. iubemus. sane. C. de SS. Eccl. Alex. cons. 323. vol. 1. Quin igitur ex alteri^o persona quis possit, magis nō est dubium l. Tutorē. De quibus vi indig. hered. Pinell. ad. l. 1. n. 73. de bonis maternis ibi ponit Exempla. Actum familia herciscūdā. Probatum: ut Referens. Exceptionibus eam esse eliam. Primo attendendū esse prioris matrimonij liberis ex statuto eam domum deberi, quam pater cum eorum matre inhabitauit. Atq; primus & tertius testis ad interrogatorium tertij articuli deponunt, eam domum, quam H. cū priori coniuge inhabitauit, tempore secundi matrimonij incendio bis consumptam, & reparatam. Prior itaque domus esse desit: & quæ per 35 reparationem † nouam formam acceptit, alia etiam censeri debet domus, l. mulieres, §. abesse, cum §. seq. de verb. signif. l. pretor ait, §. loquitur, vi. honor. rapt. Quin ex hoc contra Actorem, secundum ipsius intentionem, & statuti Embecceris interpretationem verius concludi poterit, domum non ad suam vxorem, sed filium secundi matrimonij pertinere: cum H. vtriusque pater, non cum illius, sed huius matre, eam & extruxerit, & inhabitabit. Quo posito, de reliquis bonis parum laborabimus. Hortum enim fatetur Actor, pro tertia parte adhuc à se possideri; & ex apoca verisimile sit, hereditatem in tres partes diuidi

debuisse. Bona mobilia vilia fuerunt, & eiusmodi, quæ seruando seruari non potuerunt: quod genus bonorum † maritus, etiam sine consensu 36 vxoris, alienare potest, late Thoming. decis. 31. nu. 5. Præterea ex eo, quod vna ex filiabus Actoris, Catharina videlicet, hic in Camera item prosecuta non est, suspicio est, eam obiisse: quo casu iure Saxonico, hereditatem totam, iure ciuilis diuidam, in patrem, Actorem, transtulit, eaque res forte illum commovit, quod D. R. H. suo nomine hic constituit. Proinde etiam si demus, ex persona vxoris transactionem primo fuisse invalidam, tamen pro hac parte, qua filia successit, robur ex post facto accepit. Quoties enim quis circa rem alienam sibi præjudicasset, † ab initio, 37 si statim ius haberet, si 10 postea illi superueniat, sibi præjudicat, late Grauett. in q. de indemnitatibus mulierum, num. 12. in tract. de antiqu. temp.

Exceptio læsionis enormis, nullius est momenti, ut dominus Referens. Concludit, bene iudicatum, male appellatum, compensando expensas. Quia forte ex stricto iure causam defendi posse, ex parte Actoris. Et licet ipse male egredit, tamen filiabus id nocere non debet, qui solvere tenentur.

D. Q. cum dominis Referentibus, etiā quoad expensas: Sic & reliqui domini N.N.N.N.D. S. allegat. l. si diuera. Codic. de transactione vbi qui vult rescindere † transactionē, tenetur ad restitu- 38 tionē receptorum ibi hoc notat *Castrens. & Salycet. Bald.* etiam in c. i. §. nota. de his qui feud. dar poss. Vnde cum teneatur ad restituionē, † opponente conuenio, im peditur agere. Dd. in l. iuri gentium, de past. & l. filia liceat. Cod. de collat. leg. Julianus. §. offerri. de act. empt. Concludit cum dominis, & cū expensis.

Sententia in communi forma concepta & publicata fuit:

V. O T V M X VI.

In causa L. contra I. & M.

- 1 Procurator pro Actore, propter sublatam talionis pænam, in criminalibus hodie admittitur. Pro Reo vero, neque per alium, etiam si coniuncta persona sit, admittitur ibi & num. 2.
- 2 Procurator pro accusato, in causis fracta pacis, in Camera recte comparet.
- 3 Actio criminalis morte accusati evanescit, neq; ad heredes transit.
- 4 Incluso viuis, alium excludit, & exceptio dispositio- nis, in non exceptis fundat.
- 5 Iurisdictioni Camera ex constitutione pacis publica, nullo fori priuilegio refragante, regulariter sub- yciuntur omnes.
- 6 Ex constitutione pacis publica tam potentes, quam priuati conueniri possunt.
- 7 Constitutio pacis publica est generalis.
- 8 Leges semper vna eademque voce, etiam delectu perso- narum remoto, aduersus vnumquemque vim suam obtinere solent.
- 9 Filio patris necem iure vindicare, accusationemque suscipere licet. Et quare num. 11.

- 12 Personis coniunctis, suam suorumque iniuriam prosequi merito permittitur.
- 13 Iura antiqua pacis publice violatoribus gravissimas penas comminata sunt: Imperij vero constitutio quam paenam ipsis comminetur. num. 14.
- 15 Ad actionem de pace publica, &c. probandam, tria simul concurrere debent, & qua illa sint.
- 16 Vim publicam & atrocem in hoc nostro casu interueisse ex quibus appareat. num. 17. 18. 19. & 20.
- 21 Coniunctiones atque congregations hominum, malam causam in dubio habere presumuntur.
- 22 In notoriis Reorumque confessione perspicuis, nulla iudicis alia partes esse videntur, quam in condemnando.
- 23 Vindictam sibi sumere, iusque sibi dicere, nemini permittitur. Quod tamen propter indignitatem, in quibusdam casibus limitatur. num. 24.
- 25 Vindictam sibi sumere, sibique ius dicere, cur nemini licet.
- 26 Quilibet id, quod in suo fundo extructum est, iudice irrequsito, sed propria auctoritate rescindere atque demoliri potest.
- 27 Tabulas in mea ianua affixas, mea sponte possum refrigerare. Item signa rei mee impressa, propria auctoritate, in consilio iudice, possum detrahere. n. 28.
- 29 Tuta rerum & Corporis, etiam adhibitis armis licite suscipi potest.
- 30 Ratio in vitroque vbi eadem, ibi idem etiam ius merito obtinebit.
- 31 Res, alter & secundus hominis sanguis existimatur.
- 32 Questio quadam à Castrensi soluta, eiusque responsio qua.
- 33 Ius atque causa prohibentis semper potior habenda.
- 34 In re communis ab ipso etiam Socio non minus, quam quod in nostro adfiscatur, propria auctoritate amoliri potest. Contrarium. ibid. num. 35.
- 36 Furor si lesa sapientia.
- 37 Ad defensionem rerum, è vestigio, confessim, in contimenti, ipsoque congressu & illico decurri necessarium est: & qua de re. num. 38.
- 39 In continentia quando quid fieri dicatur.
- 40 Amicos, auxiliaremque cohortem quoad aduersarij simus pares, adsciscere integrum est.
- 41 Possessionem ciuilium animo nihilominus retinemus, dum vires suppetiasque colligimus, & defensionem atque recuperationem adornamus.
- 42 Pro possessione sua illibata conservanda, & iniuria ac vi aduersarij propulsanda, coadunatis hominibus, cuique liberum atque permisum est: neq; vlam paenam promeretur.
- 43 Voluntas & propositum distinguunt maleficia.
- 44 Dolus nunquam presumitur, nisi evidenter probetur; adeo etiam vt in defectum probationis, ad iuramenti delationem non soleat recurri.
- 45 Consuetudo id, quod alias non permittitur, licitum facit.
- 46 Iuxta consuetudinem que geruntur, dolii suspicioni non subiacent; atque à temerarij pena quem eximunt.
- 47 Consuetudo etiam iniqua nihilominus legis instar obtinet, eamque iudices sequi debent.
- 48 Paena non aliter, quam umbra, suos sequi solet autores.
- 49 Lex Cornelia, vt quis homicidij reus agatur, dolum eius, qui commisit, subesse vult; adeo vt lataculpa hic dolo minime equiparetur. num. 50.
- 51 Qualitas quoties ad actum requiritur, actus absque eadem qualitate non satis probatur.
- 52 Ad violentiam qui provocat, is auctor catus habendus, inque eum faba excudenda.
- 53 In minoribus non solum miseratione etatis ad mediocrem paenam inducere inducit, sed & tota paena, ope saltam restitutionis sunt liberandi.

DE Referens: Procuratoria & reliqua iusta. Quāmis in criminalibus, vbi de capite disceptatur, procurator pro Reo (nam pro Auctore, † propter sublatam talionis paenam hodie admittitur. Iul. Clarus §. fin. q. 32. vers. pone quod) nequeat interuehire, l. pen. §. cum crimen. Bart. ibi. de pub. iud. An per alium causa appellationis reddi possit, Affl. decis. 6. 4. num. 2. Jacob. Nouel. l. vt vim, in princip. num. 3. Myns. c. 7. 6. in princ. cent. 3. & conf. 7. num. 15. Nec quidem, † etiam si coniuncta sit 2 persona, l. cum rem, ibi gl. & Ias. num. 3. C. de procur. In causis fractæ pacis, † quæ inter criminales referuntur, Myns. conf. 20. num. 6. Gail. lib. i. de pace pub. c. 9. num. 1. & c. 15. num. 3. Per procuratorem accusatus, in Camera recte comparet, Myns. d. c. 76. Gail. c. 10. num. 8. lib. 1.

Citatio autem contra B. von E. realiter, vnd Heinrichen von E. fratres, Johann H. Johann auff der H. vnd B. tantum, qui ex tragedia istius choris in viuis adhuc agerent, initio hic impetrata quæ tamen d. B. non fuit insinuata, nec aduersus eundem vterius processum inuenitur. Reliqui procuratores constituerunt, quorum tamen mandata non esse putem, quod superstitione reuocemus: tum quia secundum eos pronunciare decreui: vnde iuxta visitationis Anni 78. decretum, molestia hac leuemur, tum quia aliquorum respectu quandoquidem pendente lite vitam cum morte commutariint, accusationi in recessu 29. Martij Anno 1577. habito, Auctor diserte renunciavit (quanquam aliqui, quoties ad paenam fractæ pacis, bannum videlicet, actio intentatur, vt hic factum, acta demonstrant, & Auctor in allegato iam recessu ipse exponit, vt mox latius explicabitur) morte accusati eam † euane. Scere, nec ad heredes transire, sic constitutum, l. ex iudicato, de accusat. §. non autem omnes, Insit de perpet. & temp. action. Myns. c. 78. cent. 1. c. 35. in princ. cent. 4. & c. 78. cent. 5. Gail. lib. i. de pace publ. c. fin. num. 1. cum seq. & nu. 14. Atque cum licet ex pluribus eodem libello accusatis, nonnulli rebus humanis subtrahantur: instantia, quoad superstites, nihilominus inconcussa permaneat, nos. Gail. d. loco. num. 28. Eandē aduersus Iohann. Huguenb. & Walther von E. qui in viuis adhuc versabatur, recte Auctor in d. recessu 29. Martij, incolutaem hic sibi reseruauit. Quo etiam accusationem alijs correis & citatis remisisse videatur; cum inclusionem v-

s nius, † alium excludere, item, exceptionem, dispositionem, in non exceptis fundare Alex. & Lasc. in l. fin. quod quisque iur. vulgo nostrum: prædictorum vero Hug. & von L. in D. Christoff Reiffst. sub num. 44. Actoris item, Henrici Knip. in D. Gedemannum, hodiernum suum procuratorem, n. 41. vtrunque solitis absolutum clausulis, exhibetur. Quoad procuratoria ergo, quod scrupulum queat mouere, superesse non existimo.

6 Nullitates nullæ obvia. Iurisdictio † Cameræ ex celebri pariter ac salutari constitutione pacis publicæ, qua cuiusque tandem ordinis locique homines, tranquillitatem quietemque communem perturbantes, augustissimo huic prætorio, nullo fori priuilegio refragante, regulariter re-
cta subiici, salubriter est sanctum, fundatur: Ordinat. Cameræ part. 2. tit. 9. §. So demand. §. Ob wölf. Myns. c. 38 cent. 1. Gail. lib. 1. pract. obseru. c. 3. num. 1. & lib. 1. de pace publ. c. 11. n. 1. Etsi autem ex præsumpta imperij ordinū mente, constitutio hæc † potius ad potentiorum, qui publicam quietē facile turbant, refrenādam audaciam, quam priuatorum, qui in peruersa voluntate, facultate destituantur, respectu sit edita, priuatos tamē & minorum gentium homines, illa quoque comprehendendi, eosque in constitutionem committentes, ex eadem recte placuit conueniri. Præterquam enim, 8 quod † constitutio ipsa in genere sit scripta: id eoque in arctam interpretationem non redigenda. l. de pretio, de publician. in rem action. in gl. 9 Leges enim omnibus semper † (vt cum Cicerone loquar) vna atque eadem voceloquuntur: & delectu personarum remoto, aduersus vnum quemque, vim suam solent obtinere, l. 3. §. Diuīs Adrian. vers. quod tamen, de sepulchr. v. bok. Gail. lib. 1. de pace publ. c. 1. & c. 7. Quin autē Henrico Knipp. 10 Actori nostro, patris Gerhardi, necem iure vindicare, & hanc suscipere accusationem licuerit, nulla est dubitatio, §. non autem, vers. sed heredibus §. 11 non autem, Inst. de perpet. & temp. act. Est † enim accusatio ista publica ac popularis, §. 1. Inst. de publ. 12 iudic. & coniunctis præsentim personis, † suam suorumque iniuriā prosequentibus, merito permisſi, l. 1. §. fin. cum l. seq. ibi Dd. notant, de iniur. & §. patitur, Inst. eod. Quinto Nouembri Anno 50. partes item vtrinque contestantur, & 29. Martij, Anno 77. ex Actoris, & 22. Maii sequentis, ex Reorum parte concluditur in causa. Porro ut ad Actionē ordine descendawus, Actorem ex fratre pacis publicæ constitutione, ordinationi Cameræ part. 2. tit. 9. inserta accusationem instituisse, ex citatione, quam petitionis summaria loco sub n. 3. repetit: item articulis probatorijs, sub n. 9. nominatum 6. 7. & 8. articulis, & petitione vtrobiisque annexa, elucescit.

13 Iura autem † antiqua grauissimas pacis publicæ violatoribus pœnas comminantur, titul. D. & C. ad legem Iuliam, de vi publica. Imperij constitutio 14 duplicem, † pecuniariam videlicet, 2000. marcasauri puri, priuilegorumque amissionem: item, corporalem, quæ bannū est, infligit. Quamcunque vero Actor velit, vel coniunctim, aut et-

iam diuisim, prosequi, ex libero eiusdem arbitrio pendet, eiq; soluta est eligendi optio, d. tit. 9. §. m. tr. wollen. part. 2. Myns. c. 29. cent. 2. c. 34. cent. 4. & c. 78. cent. 5. Gail. d. c. fin. lib. 1. num. 16. Actorem nostrum ad bannum suam dirigere accusationem, ex pre-allegatis, citatione, articulis probatorijs, petitionibusque vtrique subiectis, secundum fori iustius vsum acceptis, & recessu 29. Martij Anno 77. Actoris nomine in iudicio recitato, quo, ad mortuos quod attinet, à lite ea de causa cum decedere, declaratur, manifestum redditur.

An Actio probata?

Quod quidē, nisi tria simul cōcurrant: Primo, vis † atrox & publica, maiorisque rei impetus, 15 l. 2. de eo quod met. caus. l. 1. §. 1. de vi & vi arm. Secundo vis armata, quæ coactis hominibus infertur, q; illis constitutionis verbis, mit gewehrter Hand sic significatur, fac. text. l. 2. in princip. & §. hominibus, vi bonorum raptor. l. 3. l. quo cætu, l. qui dolo, §. hac lege, all. l. 1. l. de vi publica. Tertio, dolus malus, dolus verus, atq; expressus, propositum, & deliberatus ad offendendū animus. Quæ illa constitutionis verba Fürsäklich/ gefährlich/ freuentlich/ & innuunt, facit text. in dicta l. 2. §. dolo male, vi bonor. v. apt. Gail. lib. 1. pract. obs. 3. n. 2. c. 7. n. 1. lib. 1. Myns. cap. 98. centur. 3. cap. 80. centur. 4. non obtinebitur. Quæ sane in hac, quā tractamus, causa, omnia & singula ad amissim interuenisse, quis quæso prima fronte non responderit? Primum enim, † vim videlicet publicam, atrocem & maiorem, ex illis omnis generis armorum apparatu, quo Reos, eorumque asseclas, instruetos prodūsse, partim ipsorum confessione, partim testibus probatur, facile colligimus, facit text. in §. item lex Iulia, de vi publica, Inst. de publ. iudic. Secundum, vis nimirum armata, † ex rusticorum 7. Junij Anno 40. in pago Eykel/ iusto numero euocatorum turba & cætu, in suis postmodum ordines, militari more digesto & distributo, vt Actoris testes ad specialia interrogatoria, 5. ad 5. 7. & 8. ad 18. aliq; passim, satis superque detegitur. Tertium denique, dolus scilicet malus, † præcedente consilio commolitus, ex 18 conuentu der Marggr. in sacristia der Parkirchen zu Eykel/ authore Henrico von E. prædicta se-pima die habito, & solenniter coacto, in quo, re in consultationem solleñiter vocata, rogatis quodammodo sententijs, ista aduersus Gerhardum expeditio decreta, vt inter cæteros Actoris testes, quintus ad 10. sextus ad 19. interrogatoria specialia luculenter recensent: Item, quod † statagemate vt militari, primo diluculo facit gloss. in lege, fure, de fiscar. text. in lege final. de effract. l. hoc editum, §. Labeo, de his qui deiecerunt. Alex. consilio 103. videtur prima, column. 4. versicul. non obstat, volumine 1. Item illud Ouidij: Nox & amor, vinumque nihil moderabile suadent. Summo silentio, nebula circumfusi ac recti clanculati sunt profecti, text. l. ex istmo, de administrat. tut. l. data. ibi siquidem clanculus, Cod. de donat. Menoch. de arb. iud. quest. cent. 2. casu 19. n. 19. W. e. consilio 38. numero 32.

Ex ipsius facti aliqui, præterea vi publica,

ma.

manuque armata perpetrati euidentia: notab.
Salicet, in l. senatus in fin. C. de his, que sibi in testa. Myn-
20 sing. dicto cap. 98. centur. 4. Ex eo denique, † quod
rem illicitam sunt aggressi, ac suscepserint, not. Ias.
in l. in actionibus, num. 23. de in lit. iurand. Affict. in cap.
1. §. si quis, 2. notab. num. 3. de pace tenend. Gail. d. c. 7. nu.
13. Improbato iure, collecta multitudine conuen-
ticia celebrantes, l. conuenticula. ibid. Bald. C. de Epis-
cop. & Cleric. l. denunciamus, C. de his quis ad Eccl. fug.
c. l. §. conuenticula. ibi gl. Bart. & Prepos. de pace iur. firm.
facit text. in leg. aut finita, in princip. ibi: aut confixa,
aut coniurationes, de pen. Schurff. consil. fin. cent. 3. nu.
21. 5. Coniunctiones enim, † congregationsq; ho-
minum, malam causam, in dubio habere præsu-
muntur. Alex. in apostol. ad Bart. l. fin. verb. non valent,
de colleg. illuc. Grauet. cons. 4. nu. 1. cumulate arguun-
tur. Hæc itaque, cum maiori ex parte sint nota-
ria, † & Reorum etiam confessione perspicua,
nullæ iudicis, quam in condemnando, esse par-
tes videntur, l. vnic. C. de confess.
Verumtamen, cum Alexandri, Macedonum
Regis exemplo, altera Reis auris pateat, & num
intentatum crimen, accusationemque diluant,
acidone elidant; dispiciamus. Quanquam ita-
que, etiamsi scelere aliquo quis adstringatur, ne-
22. 23. mini tamen † vindictam sibi sumere, sibi que
dus dicere permittatur, c. porro. vbi gl. 2. de diuort. l.
nullus. C. de iud. l. qui iurisdictioni, de iurisd. om. iud. l. vni-
c. C. ne quis in causa sua iud. tot. tit. C. vt non lic. fin.
iud. aut. vbi et alioquin, vel ex eo solo, † quod in qui-
busdam casibus, propter indignitatem, liberum
id sit, tot. tit. C. quando licet vnicuique sine iud. facile
intelligatur: exceptione nimirum regulam it
contrarium constituent. l. questum, §. impellecili.
vers. denique Neratius. vbi gl. verb. non potest, de fundo
instr. Quæ quidem ratione habent: quippe cum
iudiciorum vigor, † iurisque publici tutela in
medio sint posita, adeoq; aditus cuique pateant
facilius, d. l. nullus, de iud. l. extat, in princ. de eo quod
met. cau. l. ibi: ante sententiam, C. vt nem. lic. sine iu-
dic. d. l. denunciatum, ibi: licet ei adire iudicem, l. quo-
niam, §. 1. vers. debusti, ad l. Aquil. l. non est singularis, de
regiur. Gail. lib. 1. de pace publ. c. 1. num. 7. Hæc autem,
etiamsi ita se habeant: cum tamen aream, seu
fundum in quo Knipp. die Hütten/ cuius occa-
sione hæc primum orta controuerstia (id enim
Ziegelhütten/ cū Pomponio, in l. tuguri, de verb. si-
gnis. appellabimus) exerat, & lateres igne co-
quendos effodi curarer, vniuersitatis, der. Rhein.
Marckgenossen scilicet fuisse, quam plurium A-
ctoris testim. quinti, 6. 7. 8. 9. ad interrogato-
ria specialia ad 10. testimonii, & vel eo solo, quod
Gerhardum ab E. imo Knipp.ween oder drey. Of-
fen. Ziegel zu brennen zu lassen zu vergönnen / per-
scribam suum, vt 18. Reorum testis ad 4. defen-
sionalem, rogarit, quod sane in suo superuacane-
nee fecisset, arg. l. vnic. C. de thesaur. Euincatur, iure
Reos & socios, id est, Marckgenossen/ pro sua
propugnanda re & possessione, suoque tñendo
iure, capita, vires & consilia contulisse, armaq;
expetiuisse, consequetur. Potest enim quis, † ex
in fundo suo extructum est, iudice nō adito, sed

propria authoritate rescindere atque demoliri,
d. l. quoniam, §. 1. vbi gl. verb. protexit. Bart. & Bald. qui
ibidem notat, possessionem, commodum, pro-
pria & priuata authoritate resistendi afferre, ss. ad
l. Aquil. Nec eo casu vim adhibere, sed potius suā
possessionem protegere putabitur, l. si seruus, vbi
glossa. verb. & ingrediens. vers. vel dic. vbi Bald. & Ca-
stren. Qui eodem loco ita in suo amouentur, si
aduersarium aliiquid in contrarium machina-
turum vereatur, iudicis officium, vt se in posses-
sione tueatur, aduersarioque, ne vim faciat, sub
pœna interdicat, posse implorare, illo subnixi
textu in d. l. si seruus, in fin. docuerunt, Cod. quod cum
eo, &c. Sic etiā tabulas † in ianua mea affixas, mea 27
me sponte posse refigere, Venuleius l. fin. iuncta gl.
verb. aut certe, vers. vel dic verius, quod vi aut clam. re-
spondit. Item, signa rei † meæ impressa, propria 28
me authoritate, non consulto iudice, posse de-
trahere, est constitutum, l. l. 2. Cod. vt nem. lic. fin.
iud. auth. sigilla reb. impos. alien. faciunt, qua Grau. cons.
4. num. 7. volum. . Imo defensionem pro rerum at-
que iurium non fecus, ac corporum, Clem vnic. de
homicid. l. vt vim. ibi Dd. de iust. & iure, l. itaque, l. scien-
tia, ad l. Aquil. Couarru. c. si furiosus, §. 1. num. 1. cum seg-
de homicid. W esemb. cons. 19. per tot. Gail. lib. l. de pace
public. cap. 17. aliquo mox allegandi; tutela ad-
hibitis † etiam & armis, quem licite suscipere 29
est traditum, l. 3. §. cum igitur, l. cum fundum, de vi &
ri armat. gloss. in dicta lege, vt vim, verb. nam hoc iure, &
ctebrius, multis in contrarium sententiam de-
scendentibus, Abb. in dicto capit. vni. vbi Felin. com-
munem affirmat, n. 4. de homicid. Ripa & Fortunius
Garsia n. 24. & d. l. vt vim. admodum nuper Romuleus in
tract. de homicid. n. 101. & Zoaner. in tractat. defens. part.
1. n. 36. est receptum. Ias. in d. l. vt vim, nu. 23. vbi Bart.
num. 6. Dec. nu. 31. Claudio col. 3. & Orosius. n. 17. Vas-
quis c. 2. n. 5. & c. 18. n. 5. & tractat. de succession. pro-
rogatione. n. 12. Carterius pract. criminal. fol. 106. n. 61. Da-
houd. in criminal. c. 78. nu. 9. faciunt qua Grauett. d. cons.
4. nu. 7. 8. Cum enim eadem in † vtroque ratio, 30
Idem etiam ius merito obtinebit, l. à Titio, de verb.
oblig. Quippe cum res, alter † & secundus homi-
nis sanguis existimentur. gl. in l. aduocati, verb. vi-
tam, C. de aduoc. diners. Bald. in l. si tuis, Cod. de oper. li-
bert. Bart. in l. penultima, nu. 6. de cond. ob turp. causam.
Quamobrem Castrensis in d. l. l. C. vt nemini licet
sine iud. author. apposite ad hoc, quod tractamus
thema: † cum Senis collegium, seu sodalitium, 32
in quo multi authoritate & opibus conspicui es-
sent ciues, cum Notario, ratione fundi, per eun-
de possesse, litibus conflictaretur, & lata senten-
cia, à qua Notarius appellarat, collegiū arma seu
insignia sodalitij in ipsi fundi ostio curasset pin-
gi; quæ Notarius, multis armis succinctis stipa-
tus, priuata proptiq; authoritate induxit ac a-
boleuit: quò nomine de vi accusatus, vt grauis ei
mulcta indiceretur, cōtendebat. Notario se de-
fendere, & vim nullā fecisse, quin potius per col-
legium illatā repulisse, idq; sibi liquuisse excipien-
te quæsum, quid iuris? Consulens itaque Ca-
strensem; Notarium minime, sed collegiū,
violētum extitisse, meritoq; ea de causa accusan-

dum, respondit: cuius sententia Nicol. Euerhard, conf. 205. n.2. subscript: & secundum eandem, aliam itidem facti speciem, ab hac nostra non alienam, utputa, in qua vniuersitas, fossas in suo à quodam ductas, sua sponte, nulloque authore prætore repleuerat atq; amouerat, decidit. Non iniuria itaque intentata hic accusatio aduersus ipsum Gerhardum Knipp. si superet sicut, retorqueretur: vt maxime ius possidendi aliquod auff die March ei tribuamus, aut in aliquam earundem Marchen communionis partem (quæ exacte ex eius parte non probatur, imo contrarium, das Hans Brinberg kein Gerechtigkeit in den Marcken hab. Auctoris testis sextus, ad interrogatoriū speciale 19. & 39. septimus ad 40. alijq; passim deponunt) vocare eum velimus. Nam in re communi, neminem dominorum quicquam, altero inuito, facere posse, sed ius esse prohibendi, & ipsiusq; causam prohibentis potiorem haberet, iuris est notissimi, l. Sabinas. vbi Bart. commun. diuid. & magis in terminū text. in l. sed si inter te. §. fin. de seru. vrb. pred. faciunt, quæ ex Caſtrenſ. Grauett. d. conf. 4. num. 10.

34 Quinimo, quod † in re communi ab ipso etiam socio non minus, quam quod in nostro ædificatur, propria posse authoritate demoliri. Bart. in d. l. sed si inter te, num. 2. Quanquam secum pugnans, & contrarium sentiat, l. i. §. nouatio, de oper. noui nunciat. num. 5. ibi Ias. num. 2. vers. in Bartolo hoc notauit. Prædicti quoque Knipp. aggrauat, Reorumque causam non parum commendat, das die March genossen omnia prius consilio, quam armis cū milite Terentiano experiunda rati, antequam se mouerent, suumque institutum persequerentur, tres ex suis, non infimi quidem ordinis, ad Knipp. tanquam amicum & vicinum, oratores, ablegarint: qui exemplo iuris consulti Proculi in l. quidam Hyberus, vers. qua de re, de seruit. vrbani. pred. de re tota familiariter conferrent, &, vt tugarium suum remoueret, eum comiter inducebant. Quibus tantum abest, vt aures ille præbuerit, earumque oratione se commoueri atque emolliri sit passus, vt potius in maiorem iracundiam, ferociamque exarserit, eosque, spirantibus nil, præter cedes & incendia, minis exceptos, absq; alio responso dimiserit, vt Auctoris testes ad interrogatoria specialia, quintus ad 10. sextus ad 36 19. alijque. Furor sit † laſa ſepiuſ patientia. Faciunt, quæ Euerhard. conf. 205. nu. 2. in fin.

Porro, vt, vnde diſcessimus, reuertamur ad hanc, de qua verba fecimus, rerum defensionem, 37 etiam † è vestigio, confestim, & in continentia, l. 3. §. eum igitur, de vi & vi armat. In ipso congreſſu & illico, qui posſe. eodem titulo. decurri est necel- 38 sum. Nam ex interuallo, & moraque interpolata, id demum si fieret, in vindictam potius defensio degeneraret, & prohibita iure censeretur, d. l. nullus, Cod. de iudic. dicto §. qui cum aliter, in fin. cum legibus ſupra allegatis. Dd. in capit. significasti, de homicid. d. l. vt rim, d. l. Cod. vnde vi. Boer. decis. 186. n. 3. Rei itaque nostri, qui non paucis interieſtis diebus,

ad deiiciendum Knipp. tugarium vix tandem arreperint, ſe licite clypeo defensionis non posſe protegere, videntur. Cæterum quādo in continentia † explicari aetus dicatur, variant interpretes, Accurs. in dicto §. eum igitur. verb. continentia. antequam ad extranea diuertatur, argument. l. continuus, i. respons. de verborum obligation. l. heredit. palam, de testib. aut bidui vel tridui ſpacium, argument. l. ait prætor. §. fin. ex quib. cauf. maior. exponit. Atqui eo- rum ſanior, & omnium paſſum ſuffragiis probata eft opinio, qui ex personarum, rerumque qua- litate id metiendum, ſtatudinumque, quin imo iudicis deferri arbitrio, argument. l. ab hostibus, §. sed quod ſimpliſter, cum l. ſequent. vbi Bart. ex quibus cauſis maior. & l. i. §. i. de ure deliber. putarunt Bart. alioquin in dicto §. eum qui, & d. l. i. §. eum igitur, de vi & vi armat. Dd. in cap. cum olim, de reſtitut. ſpoliat. Schurff. conf. fin. numero 3. cent. 3. Weſemb. conf. 19. num. 49. Menoch. remed. i. de recuper. poſſe. num. 385. Gail. lib. i. de pace publ. c. 16. num. 3. Zoa. vbi ſupra, numero 13. Damboud. in praxi crimin. cap. 78. num. 9.

Finge aliquem terræ filium, Gigantum fra- terculum, aut plebeum, obſcurioriſue alioqui loci hominem, poſſeſſionem inuertiſſe, non eo ſane inſtruſto, & ad recuperationem erit opus apparatu, atque ſi generis nobilitate, opibus, clientelis, illuſtrem id perpetrare ponemus, not. Ang. in dicto §. eum igitur. Quid quod, quoad occaſio rei gerendæ idonea captari, & cuiusque fieri poterit commodo, defensio hæc reſte differatur. Abb. in capit. ſignificasti 2. columnā finali, versicul. aut quarit. vbi Felim. columnā 4. versicul. in glossa fin. com- munem dicens, de homicid. Bellam c. cum olim, num. 23. de reſtit. ſpoliat. alij proxime allegati. Nam amicos, auxiliaremque & cohortem, quoad aduersario ſimus pares, eiusq; cedere petulantie non cog- mur, ad ſciscere integrum erit, ac ſolutum. gloss. in l. cum fundum, verb. poſte, de vi & vi armat. Ias. in l. i. §. final. de operis noui nunciation. Grauert. d. conf. 4. nu. 15. ſub fin. volum. 1. Neuizan. conf. 82. n. 3. Quæ quidem constitutioni fractæ pacis ordinat. part. 2. §. i. in fin. ibi Zu frischer That oder wann et ſein Freund vnd Helfer haben mag. re. etiam respōdent. Etsi enim res plusculum extrahatur: tamen dum vires ſup- petiasque colligimus, & defensionem atque re- recuperationem adornamus, animo ciuilem nihi- luminus retinemus poſſeſſionem, l. clam poſſidere, §. qui ad nund. de acquirend. poſſeſſ. Et cū eo, qui na- turalē occupauit, tacite congrēdi, luſtari, ma- numque conſerere videmur. Affl. ad confit. Nea- pol. rub. 25. tit. contra quem de reſtit. agatur, num. 13. lib. l. idem erit, nec tēporis interuallo excludemur, ſi aliquos ſemper actus poſſessorios exercuerimus, aut vt exerceamus, quantum in nobis erit, pro- que virili noſtra laborauerimus. Aret. d. l. continuus, in princ. de verb. obl. Affl. d. num. 13. Menoch. remed. i. re- recuperand. poſſe. num. 358. ad fin. nulla itaque Reis noſtri negligētia reſte imputatur, nec eſt, cur non in continentia, ſatisque tempeſtive, ad ſui tute- lam iuris, defensionemque proſiliſſe dicantur. Quippe cum multi numero diuerſis diſpersi ſe-

dibus, non ita horæ momento, sed nisi idonea dierum interposita intercapdine, quo nimirum num ex illis aliqui ædificanti Knipp. consensum adhibuissent, inquiretur: item ius suum & vniuersitatis tutandi conseruandique rationes ini- rentur, potuerint cōuocari. Quod autem Knipp. inceptis nunquam acquieuerint, nec ad proter- uos illius conatus connuerint, imo perpetuo hoc nomine cum eo sint conflictati. Inde, quod cum arboreis in fundo vniuersitatis, hoc est, auff der geminen March/pro arbitrio sereret, aut etiam excideret, vt A&toris, ad interrogatoria spe- cialia, testes, quintus ad quartum, sextus ad tri- gesimum octauum, octauus ad secūdum & quartum, capras pascendum iminiteret, vt A&toris proximi relati testes, & septimus ad quadragesim- um, aliaque, ad suum quidem extendendum, vniuersitatis autem ius imminuendum tentaret, semper reclamauerint, manifestum euadit. Qui- bus profecto propositam accusationem, A&toris que intentionem, quæ prima facie, tam multis potentibus circumstantijs, stabilita egregie videbatur, non dicam eneuatam, labefactata- que, sed plane euersam, & funditus elisam, quis non iudicabit: Rei vim publicam, Item ar- matam, coadunatis hominibus commisere: esto, 42 pro sua illibata conseruanda possessione, † & propulsanda aduersarij iniuria ac vi, lege per mit- tente. d. l. i. cum gloss final. in princip. hoc fecere: pœ- nam ergo villam non promerentur. capit. qui pec- sat. 23. distinct. quest. 4. l. Gracchus, Codic. ad legem ultiam, de adult. faciunt, quæ Grauet. d. conf. 4. nu. 24. & conf. 5. nu. 12.

Cæterum, vt hac defensionis parteseposita, vim iure damnatam & prohibitam Reos attulisse concedamus: tamen violata pacis publicæ cri- men contraxisse, non inde statim consequitur: Nam dolum hic debere interuenire, superius, cum istius requisita actionis colligeremus, retulimus: quem sane, si diligenter cuncta rimari, & æquitas trutina examinare velimus, mea qui- dem sententia hic non detegemus. Nam Henrich von E. quo præcipue authore & impulsore, die geminen Marchgenossen concurrerunt, de ædi- ficio in vniuersitatis fundo per Knipp. absque eorum consensu extructo, eoque rursum di- ruendo, pro concione proposuit, vt A&toris te- stes ad interrogatoria specialia, quintus ad quin- tum, sextus ad decimumnonum, quod tres exiliorum numero ad Knipp. amandati sculteti, ser- mone suo subsequentes, vt die Ziegelhütten ipse rursus intra triduum destruat, comiter adhor- tantur: id ni faciat, se si ipsos non defuturos, & demolitionem non prætermissuros commi- nantur: qui cū quā insolenter & superbe Knipp. responderet, ad suos vt referrent, in procinctu sta- re, & cum ligonibus, palis, securibus, idque ge- nus instrumento rusticō, ad ædificia euertenda accommodato, A&toris testis ad interrogatorium speciale vigesimum: facit text. l. l. §. Diuus, ad legem Corneliam, desicar. sunt iussi adesse: In quo etiam

sunt obsecuti Iohanni & Theodorico Hug. Item Henrico & Gualthero von L. fratribus (ex qui- bus Ioan. & Gualther. adhuc in lite) mit furzen Knebelstabēn, venabulis nimirū, qua alioqui iter- facientes, vel ad abigendos vel arcēdos saltē ca- nes, secū ferre solent, in comitatū prodeuntibus. Erit ergo aliquis rerum æstimator adeo iniquus, vt peruersum, & dolo induitū animum hic velit malitiose imaginari, & non potius tam luculen- tis argumentis adductus, hoc solum, vt à se vim depellerent, suumque via legibus concessa, ius tuerentur, Reos egisse, callide malit interpretati- ri voluntatem & propositum, † maleficia distin- guere, l. verum 2. de furt. dolum nunquam, † du&is 43 aliunde suspicionibus, illiberaliter præsumi, sed eidenter debere probari, l. quoties, §. qui dolo, de probatione adeo vt in defecatum probationis, ad iu- ramenti delationem non solet recurri. Bald. in l. 1. columnā finali, in prima opposit. ad fin. Codic. qui & ad- versus quos. Ias. in l. admonendi, nu. 295. versicul. 3. fallit de ureurand. Denique quamlibet causam quantumvis iniustam, fatuam, coloratam, etiam asini- nam, vt loquuntur, excusare i igitur, §. poteſt, de lib. caus. l. plagiarij 2. ad. l. Flau. de plagiari. Tiraq. in tract. de paen. caus. 43. Myns. conf. 19. num. 2. Gail. lib. 1. de pace publ. c. 7. num. 11. Et ad alia id genus effugia, quæ in tam tenui, inopi, dubia, aut perplexa, merito sol- licite conquereremus, in hac nostra adeo perspicua & manifesta, sciens prudensque silentio prætero.

Quæ autem de improbatis conuenticulis su- perius attigeram, huic loco non quadrant, vt po- te cum illa, quæ ob causam licitam (qualem hanc esse, abunde iam ostensum) etiam iudice non adito, agitantur, prohibita nō censeantur. Schurff. dict. conf. fin. num. 5. vers. secus si propter. Grau. d. conf. 4. num. 14. cum seqq. Quibus conluerudo, quoties v- fus postular, vniuersitatem (di Marchgenossen in- telligo) conuenire, suumque obire territorium, ac inspicere, & si quid, vnde præiudicium queat dimanare offendatur, posse in pristinam formam reducere, ab hominū memoria fuisse receptum, multorum testimonij, A&toris testes ad interro- gatoria specialia, primus, secundus, 8. 9. ad 16. & Reorum testes passim, fit palam. Accedat, con- fuetudinem id, † quod alias non permitteretur, 45 licitum efficere. Alex. conf. 39. visit. & considerati, vo- lum. 3. Ad hæc etiam, quæ iuxta eandem gerun- tur, † doli suspicioni non subiacere. Bart. in l. si pi- gnore, §. si per text. ibid. de pignor. action. Ias. in l. certi con- dictio n. 6. 3. notab. & n. 13. 14. 15. si certum p̄petat. Roland. à Vall. conf. 75. num. 45. volumine 1. à tenerarij pœna eximere. Grammat. decis. 50. n. 3. 4. 5. W̄semb. conf. 61. n. 12. & 13. part. 1. Et quamvis iniqua illa sit, † l. gis 49 nihilominus instar obtinere, et que iudices ie- qui debere, Alex. conf. 107. col. 6. vers. bene facit. volum. 2. Grauet. conf. 137. n. 9. est traditum. At Knipp. glan- de traieetus, in ipso temporis articulo animam efflavit: quod quidem res ipsa loquitur, & nemo inficiatur. Veruntamen nō composito, aut consul- to, & fortuito, potius præter opinionem, &

pro re nata, infortunium illud accidisse, præter ea quæ proxime perpendimus, & mox eodem pertinentia subiicientur, das die socij simul atq; de eius nece rumor increbuerat, casus minime expectati, perculsi nouitatem, omni diruendi ædificij cogitatione abiecta, se proripuerunt, item q; Henricus ab E. qui aliis præterat, seque ducem, & quasi significum præbuerat, nunciata Knipp. morte, vt eam crederet, vix tandem potuerit adduci, tantam se calamitatem (vt quintus A&toris testis ad quintum interrogatorium speciale) magno se velle redimere, dolenter restatus, non contènendo etiam sunt argumēto. Et postquam Walrab. von Hilt. cum coram Iohanne von Beſten/Richtern zu Drosſen/ex vinculis causam dicceret, se, vbi reperito Bombardæ iectu, auf der Hütten eum esse træfossum, bis vicissim auf ein Brett mit einem Handrohr vnd darnach mit einem Hacken ejaculatū, & deploſifſe, ingenue sit confessus, vt Actorum fol. centesimo quinto. Et vt vehe-mentem aduersus eundem præsumptionem o-mittamus, Knipp. ab alio imperfectum, testes vno ore affirmant, quorsum res nulla doli, aliave illiberali ſuspicione laborantes, in criminē hic ponamus, argumēt. l. quia multa, Cod. ad legem Iuliam,

48 de vi publica. Hippol. sing. 403. Poenas enim † non aliter, quam vmbra, ſolere ſequi, ſuos authores, iuris eft manifestissimi, l. crimen, de pæn. l. ſancimus Cod. eod.

Nam ſi, cuius iectu Knipp. periſſet, eſſet in obſcuero, quæ pœna ratio aduersus omnes foret Reos ineunda? multis Romul. de homicid. num. 323. & Gail. lib. 2. obſ. 109. prosequuntur, ad quos, cum quæſtio illa huius loci non fit, quicunque eam altius velit indagare, eo me remitto. Quan- quam ipſe Walrab. von Hilt. non ſimpliciter cri- men ſit confeſſus, ſcilicet, daß er geſchaffen/ ſed ad- dito, doch mit fürſchlich/ oder gedacht hob / auf Knipp. oder auf jemand anders/ vt Actorum d. 49 folio 105. & alioqui, in lege Cornelia, † vt quis homicidij Reus agitur, dolum eius, qui commi- fit, ſubefſe ſit necellum, l. 1. §. Diuinus, ad legem Cornel. de ſicar. Gail. lib. 2. pract. obſeru. c. 110. num. 1. adeo vt 50 latam † culpam dolo hic minime æquiparemus. Jacob. Nouel. tractat. de defens. num. 83. & 133. Plau- in pract. crimin. §. viſis indicis, num. 137. Gail. d. c. 110. n. 1. & lib. 1. de pace publ. nu. 11. c. 7. Doli ergo Walra- bus eſſe reus, diſerte negat, ſicut Linſentiant. ibi. aut ſua confeſſione, Codic. de pæn. & quidem veria atq; ſi premeditati, debuiſſet coargui. Nam quoties † ad actum qualitas requiriſtur, actum abſque eadem qualitate non ſatis eſt probari, l. 4. §. docere, vi bon. rapt. Bart. in l. prima, §. ait prætor, ne quid in flumin. public. Wef. d. confiſio decimonono, num. 1. Gail. lib. 1. pract. obſer. cap. 3. num. 6. & lib. 2. cap. 106. num. 6. & c. 125. num. 9. & libr. 1. de pace public. cap. 13. num. 1. cum ſequenti.

Quid? quod ſi quis homicidio in Knipp. perpetrato velit patrocinari grauia ſib; argumēta non ſint defutura: quippe cum ſuæ calamita-

tis ipſe quodammodo ſit fabricator, initiu con- flictui dederit.

Nam in primo congressu ab Heinrico von E. interpellatus, vnd daß er nit ſchiessen ſolt/ ad- monitus: quandoquidem habemus vnum domi- num, Ich wiſ dieſen Tag dein Herr ſein/pro- caccier & contumelioſe respondit, quodam ex ſuis bombarda continuo intonante, quem alij mox ſunt ſecuti, vulnera paſſim infligentes, ex quibus nonnulli mortem poſtmodum obie- runt.

Deinde in globū in pccatus elidentem, ſarcas- mo. Du muſt mir bęſſer ſommen/ ſolt ſie dadurch/ ic. inquiens, in ſuper irritauit. Atqui eum, † qui 52 ad violentiam prouocat, authore ſe cædis habe- ri, in eumq; fabam excudendam, æquitatis ra- tio poſtulat, l. 1. §. cum arietes, ſi quadr. pauper. fec. di- cat. l. ſex plagi, §. 1. ad legem Aquiliam. l. quia multa. ibi. alterutri parti caſam præbuerit, Codic. ad legem Iuliam, de vi publica. Iaf. in d. l. vt vim, num. nono. Jacob. Nouel. tractat. de homicid. numero 50. Wefemb. d. confiſio 19. n. 16. & 48. column. 2. Mynſ. confiſio 27. numero 2. Gail. d. c. 110. num. 9. & lib. 1. de pace publ. capit. 16. n. 11. & 16.

Non mediocriter etiam Knipp. grauat, quod die Ziegelhütten foſſa ſepferit: ipſe lo- rica armisque induitus, præter domeſtieos, extraneam multitudinem ſibi adiunixerit: ſe ſuſque omni telorum & appetatu machina- rum bellicarum abunde instruxerit: ex quibus, cum animus offendendi haud obſcure ſumatur, aggressoriſ crimen & iuſtus, non parum certe extenuabitur. Bald. l. in lege locati. refert Iaf. in d. l. vim, num. 9. Hippol. sing. 638. Wefemb. d. confiſio 19. num. 14. ita vt multis ſane rationibus Reinoſtri queant relabi, præſertim Iohann. Hug. & Walther von L. qui adhuc ſoli in lite, & venabulis ſaltem ar- mati, ſe modeſte continuerunt, nec villam per- cutiendo aut faciendo (vt multi vtrinque teſtes prædicant) vim adhibuerunt: præſertim quod adhuc vterque fuerit adoleſcents, facile ſit colli- gere. Certe Iohann. Hug. annos non amplius o- & decim ſuſſe natum, multi deponunt: at † in 53 minoribus non ſolum miſeratio atatia ad me- diocrem pœnam iudicem inducit, l. auxiliū, §. in delictis, deminorib. Sed ſi atatia imbecillitate, nullo inducti dolo (vt noſtri adoleſcentes) delique- runt, tota pœna, ope ſaltem reſtitutionis, ſunt liberandi, leg. ſi ex cauſa, §. nunc videndum, de mi- nor. leg. ſi adulterium, §. fratreſ, vbi imperatores Claudiæ, propter atatia, etiā inceſtu remi- ferunt, ad legem Iuliam, de adul. & in lege l. vbi Bart. norat, Cod. ſi aduersi, delictum. Romul. tract. de ho- micid. numero 265. cum ſequentiibus Jacob. Nouell. tract. de defens. num 34. cum ſeq. Mynſ. confiſio 32. numero 30. Iohann. Maurit. tract. de refiſit in integr. c. 16. Cæterum ut nullus in cuiuscunq; animo ſcrupulus teſi- deat, ad illud, quod inter referendum motum fuit quod ſocii viam iuriſ amplecti potuiffene, quia respondendo dicitur, ſocijs duo: noſi ſcili-

scilicet operis nunciationis, & facultatis, ædificium sua autoritate destruendi remedia competuisse Bar. in l. 1. §. nunciat. num. 2. vbi Ias. de noui operis nunciat. & alii.

Concludo, absoluendos esse Reos: Expensas libenter, secundum ius strictum, absoluendis adjudicaret: sed cum causa adeo qualificata, ut etiam doctissimi putent, Actorem legitimam & iustitiam litigandi habuisse causam, faciat etiam facti enormitas, & eventus lamentabilis, propter occisum nobilem, ex occasione non satis vrgente, puto compensari debere.

D.L. Correferens: Quandoquidem Gerhard. E. iam multis annis diem obiit, & 29. Martii, An. 77. contra filios, ipsius hæredes, D. Godelman, procurator Actoris, contra ipsius filios omnes, tum etiam contra Melchiorem von der E. diese Action fallen lassen: putat, causam hanc non habere magnam difficultatem: duos verò, contra quos proceditur, Iohann. Hug. & Walther von E. ex rationibus à Referente adductis, ab hac imputatione vult absoluere. Idque præcipue, quod tempore perpetrati homicidii, vix doli capaces fuerint. Cum expensis, vt Referens.

D.L. cum Referentibus.

D.N. non videt dolum vel propositum in Reis, ideo cum dominis Referentibus.

D.C. Cum à Reis factum pro defensione possessionis sit gestum, & sit facultatis, destruere noua tuguria, cum Referentibus concludit, allegat Menoch. in 2. respon. in causa Finariensi, n. 118. & Grauett. cons. 8. n. 15. lib. 1.

D.S. Si choragi essent in lite adhuc, res haberet aliquid scrupuli. Sed tandem concludit in effectu cum Referentibus.

D.N. placet concordantia dominorum.

D.C. vt Referentes.

Sententia.

In Sachen fractæ pacis Henrich Knipp Klägern/eins wider weyland Gerharden von E. & Consorten / in specie Iohann. Hug. vnd Walther von E. Beklagten/ anders Theile ist allem Fürbringen nach zu Recht erkannt/ das er meldete Beklagte von angestellten Klag zu absoluiren vnd zu erledigen seyen/Wie wir dann dieselbe hiermit absoluiren vnd er ledige/ die Gerichts Kosten allenhalbe auffgelauffen/ auf bewegenden Ursachen gegen einander compenſend vnd vergleichend.

V O T U M XVII.

In causa F. contra C. & confor-
tes.

S V M M A R I A.

- 1 Actores, quando restitutionem in integrum tantum per modum replicationis, ad excludendam exceptionem transactionis petunt, tum eo casu speciali mandato non est opus.
- 2 Frater pro fratre in integrum restitutionem, etiam principaliter, sine speciali mandato, tunc, cum consors est, petere potest.

- 3 Appellatio vnius, reliquis confortibus ex communi appellatio beneficio si modo appellationi non contradicatur, prodest. Idq; quando procedat. n. 4.
- 5 Appellatio vnius, quo casu, reliquis confortibus non proficit.
- 6 Appellationis prosecutio, que in facto consistit, est individualia.
- 7 Incapax gauder priuilegio capacis. Et sic ex persona alterius consequitur id, quod ex sua persona consequi non posset. n. 8.
- 9 In hereditate sunt bona, tam mobilia, quam immobilia.
- 10 Consanguinitas & conditio alicuius, ex communi opinione & fama, recte & sufficienter probatur.
- 11 Testimonium de auditu ad probandam consanguinitatem, validum est.
- 12 Possessio non qualibet requiritur, sed ea tantum, que nullum alium titulum habet, quam pro possidente, & hærede.
- 13 Actores, in hoc casu, quo titulo possideant.
- 14 Re minorum, sine consensu Tutorum, & decreto iudicis alienata, diciunt alienatio vel nulla, vel saltu rescindenda.
- 15 Titulus nulli illegitimi & iniusti cum titulo pro possessore, in petitione hereditatis concurrunt.
- 16 Contra vilis precio emitem, etiam si bona fidei possessor sit, vilis actio datur.
- 17 Dolus, quo casu pro possessione sit.
- 18 Verbum, retractari, ad ea qua ipso iure non valent, accommodari, quare non posse.
- 19 Testis unus instrumento contradicens, reddit illud instantem suspectum, quod nullam fidem faciat.
- 20 Falsitatis vicini, ex quibus facile elucide posse, in hoc nostro casu & nu. 21.
- 21 In falsi excusione, actus & res singula per se subsistentes non considerantur, neque unius falsitate reuelata, reliqua in suo vigore persistunt.
- 22 Super falso transfigi potest. Item de dolo in vniuersum transfigere licet, quod tamen de preterito, non etiam futuro intelligendum. n. 24.
- 23 Pacta, per quæ ad delinquendum occasio prestatur generaliter reprobantur.
- 24 Privatio præsupponit habitum.
- 25 In actu negato nemo se fundare potest.
- 26 Contrahentes quod se in iunctem decipient, naturaliter euenit, idq; sine dolo, ex proposito, & consequenter sine falso.
- 27 Falsum sine dolo committi nequit.
- 28 Exclusio vnius, est inclusio alterius.
- 31 Exceptiones generales simulationis nullius sunt momenti.
- 32 Per liberacionem generalem quis à dolo nō videtur liberari, neque generalis renuntiatio, exceptionē dolis & simulationis includit.
- 33 De dolo non aliter, quam specialiter transfigi potest.
- 34 Lex specialiter cum quid requirit, renuntiatio generalis non sufficit.
- 35 Nullus actus sine cognitione celebratus iure subsistit.
- 36 Transactione tantum ad ea, quæ scimus, & in que consentimus, pertinet.